

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor. Ad exequias funebres quas ... puellae, filiolae ... Annae Agnetae Guliae, Moestißimi parentes hodie hora media prima in templo Jacobaeo paratas cupiunt Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523205>


Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,  
in A. A. Gul.

R. 1629.

52.







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

Ad exequias funebres

*Quas elegantissima puella, filiola desideratissima,*

ANNÆ AGNETÆ  
GULIÆ,

*Mæstissimi parentes hodiè hora media prima in  
templo Jacobæo paratas cupiunt*

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos officiosè & amanter invitât,



ROSTOCHI,  
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ. An. 1629.

RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCKENSIS  
IOANNES BACHMISTRIUS  
Phil. & Med. D. et Professor

Ad exequias funebres

Quae elegantissime habita-  
bitur

ANNAE AGNETAE  
GULIE

Magnifici patris huius domus medicinae  
tempore Jacobo pariter curavit

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demici officio & munere iuvant



Rostocki  
Typis Joachimi Pechani, Acad. Typ. an. 1823



RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANES

BACMEISTERUS,

Philosoph. & Medic. Doct ac  
Professor.



vocata est nudiustertius ex  
incertæ & fugacis hujus vi-  
tæ miserijs & ærumnis, ac  
translata in veram & sem-  
per permanentem patriam  
cœlestem, elegantissima pu-  
ella ANNA AGNETA GU-  
LEN, civis honestissimi & primarij JOAN-  
NIS GULII, affinis & amici nostri carissimi,  
filiola, quam ex divina benedictione ipsi pepe-

A 2

rit

rit carissima conjunx AGNETA KICHLER-  
RIA, Anno 626. die 26. Septemb. In sperato  
verò & immaturo hujus puellæ obitu paren-  
tum *Φιλοσοφία* pectoribus gravissimum vulnus  
inflictum esse, nullum est dubium. Quàm  
enim ingentis illius amoris erga sobolem in-  
cendij, parentum pectoribus divinitus inditi,  
quod Græci eleganti voce *σπύλω* appellant, mi-  
rifica vis sit, experiuntur illi ipsi in amissio-  
ne aut, calamitate eorum, qui ex ijs nati sunt  
& quos unicè caros habuerunt, adeò etiam  
ut penè ipsi mori videantur. Undè & Publ.  
Mimus, non inscitè ait; Hominem toties  
mori, quoties amittit suos: & quò naturæ  
sunt generosiores, eò doloris sensus est acrior.  
Sed tamen in hac gravissima carnis cum spi-  
ritu lucta, pectus Christianum, fidei & spei  
cœlestis, de vita æterna, robore munitum,  
& instructum sese erigit, & mortem suorum  
non tam perpetuo mœrore & lachrymis, quam  
spirituali & vincente gaudio prosequitur;  
& sibi carissimos non adeò lugendos esse, ac-  
cessionem dominicæ de seculo liberatos novit,  
cum sciat non eos amitti, sed præmitti; re-  
cedentes præcedere, ac proficiscentes & na-  
vigan-

vigantes eos desiderari debere, nec plangi,  
nec accipiendas esse hic atras vestes, quan-  
dò illi ibi vestimenta alba sumpserint; & oc-  
casionem non esse dandam gentilibus, ut  
nos meritò & jure repræhendant, quod, quos  
vivere apud Deum dicimus, ut extinctos &  
perditos lugeamus, & fidem quam sermone,  
& voce depromimus, cordis & pectoris testi-  
monio reprobemus &c. ut præclare D. Cy-  
prianus scriptum reliquit. Has similesque  
consolationes & admonitiones, mœstissimus  
defunctæ virgunculæ parens, cum conjuge  
sua fœmina lectissima, in animos suos peni-  
tus admittent, & sese mutuò consolatione,  
ex sacris litteris desumpta, & certissima spe,  
latissimæ resurrectionis, in qua rursus filio-  
lâm suam præmissam in consuetudine cœle-  
sti recipient & amplectentur, erigent ac con-  
firmabunt. Effulgebant egregia virtutum  
signa in piæ hac defunctæ puella, imprimis ve-  
rò pietatis, & assiduitatis ac promptitudinis  
in recitandis precatiunculis, quas à parenti-  
bus alijsque didicerat, undè factum ut ab a-  
via, consanguineis, affinibus & amicis pro-  
pter miram hanc in illa ætate pietatem, hi-

laritatem & suavitatem, impensè diligere-  
tur. Sed placuit Deo anima ipsius, & pro-  
pterea properavit eam ex hoc mundi maligni  
pelago tempestuoso educere, & ad placidam  
ac tranquillam quietem transferre, ubi nunc  
consuetudine Dei & Angelorum, ac omnium  
beatorum lata perpetuò fruitur. Langu-  
scere capit, uti accepimus præterito die Lu-  
næ; sed tanta fuit morbi vehementia, ut  
tenellum corpus eam diu sustinere non  
potuerit, sed nocte diem Mercurij & Jovis  
intercedente, finem vitæ ipsi attulerit,  
non sine ingenti optimorum parentum lu-  
ctu & mœrore, quem tamen, ut Christia-  
nos docet, piè moderabuntur, & in divino  
beneplacito patienter acquiescent. Familiam  
piè defunctæ nostræ quod spectat, quis GU-  
LIOS, GROTENIOS, KICH-  
LERUM, CLINGIOS, in hac urbe flo-  
rentes ignorat? Ex his orta beata hac puel-  
lula, Avum paternum habuit BALTHA-  
SARUM GVLIVM, Dn. BALTHASARI,  
quendam hujus urbis Consulis amplissimi  
litteratissimi & optimè meriti filium; aviam  
AN-

ANNAM GROTENIAM, matronam  
omnibus virtutibus, sexum illum exornan-  
tibus maximè conspicuam. Avus verò mater-  
nus ipsi fuit, amplissimus & consultissimus  
vir BARTHOLDVS KICHLERS,  
J. V. D. & Illustrissimæ ac Celsissimi quondam  
principis ac Domini, Dn. Caroli Ducis Me-  
gapolitani beatissimæ recordationis, Consti-  
liarius amplissimus & spectatissimus, cujus  
relictam viduam, & defunctæ aviam AGNE-  
TAM CLINGIAM, secundis nuptijs  
sibi junxit vir Clarissimus & Consultissimus  
Dn. REINHOLDVS à GEHREN, J. V. D.  
eminentissimus & practicus celeberrimus.  
Decet autem nos parentum mœstissimorum,  
& honestissimarum ac præcipuarum familia-  
rum luctu & orbitate affici, & nostram ~~opere~~ <sup>opere</sup> ~~decla-~~  
declarare. Quapropter omnes Jurisdi-  
ctionem Academicam agnoscentes Dominos  
Professores, Doctores, Ecclesiæ ministros ac  
studiosam juventutem, amanter & officiosè ro-  
gamus ac seriò hortamur, ut declarandæ bene-  
volentia causa funeris deductioni, quæ hodiè  
hor. med. i. peragetur, haud gravatim intersint,  
ac in templo Jacobæo frequentes conveniant,  
& eo

& neo ipso condolentiam suam erga præcipuas  
hæc familie, optimè de Academia nostra,  
meritas, restentur, & Ecclesiam ac Academiam,  
& se singulos pijs suis votis Deo optim. max.  
quam diligentissimè commendent. P. P.  
Sub sigillo Rectoratus 18. Septembris Anno

1719 CXXIX





GK





ANNAM GROTENIAM  
omnibus virtutibus, sexum illi-  
ribus maximè conspicuam. Avu-  
nus ipsi fuit, amplissimus & c  
vir BARTHOLDVS KIC  
J. V. D. & Illustrissimil ac Celsiss  
principis ac Domini, Dn. Caro-  
gapolitani beatissimæ recordat  
liarius amplissimus & spectati-  
relictam viduam, & defunctæ av  
TAM CLINGIAM, sec  
sibi junxit vir Clarissimus & C  
Dn. REINHOLDVS à GEH  
eminentissimus & practicus  
Decet autem nos parentum me  
& honestissimarum ac præcipu-  
rum luctu & orbitate affici, & no  
declarare. Quapropter or-  
ctionem Academicam agnoscer  
Professores, Doctores, Ecclesiæ  
studiosam juventutem, amanter  
gamus ac seriò hortamur, ut dec  
volentia causa funeris de ductio  
hor. med. r. peragetur, haud grav  
ac in templo Jacobæo frequente

